# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Peccatum p
cum fonte primo

Non regnet peccatum in uestro mortali corpore;
non dicit non sit, sed non regnet.
Inest peccatum cum delectaris;
regnat cum consenseris.

Augustinus super Psalmum L.

Adtendenda est ergo haec infirmitas carnis, recordanda sunt uerba apostoli:
*Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore* (Rom. 6:12).
Non dixit: non sit; sed: *Non regnet*.
Inest peccatum, cum delectaris;
regnat, si consenseris.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 50, 3 (CCSL 38, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.601, ll.35-39).